Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26117
Copyright: Admont, Benediktinerstift

finem mundi. Quintum bellum erit sub antichristo. quod incipiet a predicatione helie et enoch. et finietur in morte antichristi. In hoc bello corruent duces reginę helias et enoch. et omnis exercitus martyrum. et ipse dux et caput malę antichristus. Tunc sunamitis reginę austri confederabitur. et mandragora eis associabitur. Sextum bellum erit inter regem gallię et regem superbię. inter anglos et homines. In hoc bello rex xpus cum unius exercitu anglisque aduenienis hanc babiloniam ciuitatem diabolo eburet. ipsum hostem cum omnibus suis in stagnum ignis et sulphuris precipitabit. et sponsam suam gloriam et honore pacto bello coronabit. et in thalamo gallię collocabit. sibique copulabit. quia se ipsum ei talem qualis et patri equalis manifestabit.

EXPOSITIO.

PRECEDENS RETULIT REGINAM austri tria bella pro corona gessisse. unum contra amana. aliud contra aquilonem. tertium contra guttas noctium ac victricem ad regem coronandam uenisse. et in comitatu LX reginas. et LXXX concubinas. et innumeras adolescentulas habuisse. hanc que a rege fauorabiliter susceptam fuisse. Que de